



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

193 Conjectura opus non est in re clara.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

enim clericis dispensandi ab irregularitate ideo per dictam constitutionem Clementis VIII. dictis constitutionibus, & aliis privilegiis, & facultatibus quibuscunque dispensandi ab irregularitatibus auctoritate Apostolica concessis, fuit modo derogatum.

191 Ultima enim ¶ derogant prioribus, c. 1. & ibi gloss. in ver. revocare, de constitut. in 6. l. sed. & si post errores, ff. de leg. lal. in dict. l. pacta novissima, num. 3. C. de pacti. Por. conf. 37. num. 12. sed: & ante hanc constitutionem jam per concil. Tridentin. fuerat etiam dicta facultas sublata, & Episcopis in irregularitatibus, & ex delicto occulto provenientius concessa, ut cap. 6. de reform. siff. 24.

192 Secundo ¶ derogatur etiam constitut. specialiter constitutioni maris magni, & Bullæ aureæ nuncupatis, & quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, & litteris Apostolicis, sub quorum verborum conceptione comprehenduntur omnia statuta, privilegia, & indulta quorumcunque Ordinum, & religionum, archiconfraternitatum, congregationum, &

confraternitatum secularium, quæ in conservantibus dictam facultatem dispensandi ab irregularitate, & absolventi à casibus sedi Apostolicæ, & Ordinariis locorum reservatis sunt verbis expressis revocata, ¶ ut in claris non sit opus con-

193 jecturis, Ceph. conf. 28 nu. 55. par. 1. etiam quibusvis personis cujuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, & præminentie existentibus, concessis, adeo, ut nec ratione ordinum, nec dignitatis aut præminentie eorū, quibus privilegia fuere concessa, quin sub eadē revocatione comprehendant. possint sustineri.

194 ¶ Quia illæ dictiones quibusvis, & cujuscunque, sunt generales, quæ omnes personas, omnesq; Ordines, & religiones, ac pia loca comprehendunt, gloss. in Clem. 2. vsr. quomodolibet, de sent. excommunic. Ruin. conf. 98 numer. 11. lib. 2. Ceph. conf. 121. num. 1. par. 1. Paris. conf. 52. n. 10. volum. 1. & Hippol. de Marfil. 17 conf. 80. num. 38.

195 Ut autem ¶ totus tenor eiusdem constitutionis ad litteram perspicui possit, eam infra curavi imprimendam tenoris infrascripti.

# CLEMENS

## PAPA VIII.

### AD PERPETUAM REI MEMORIAM.



V AECUMQVE à Sede Apostolica ad promovendam Christianissimorum salutem aliquando concessa sunt, etsi ea maturo consilio, magnaque prudentia, & cautione sancita, & decreta sunt; tamen, cum Romanus Pontifex de animarum salute sollicitus progressu temporis animadvertit sensim aliquos abusus in eisdem statutis, & decretis observandis provenire; debet pro sui Pastoralis officij munere illis opportuna ratione occurrere, & quantum cum Domino potest, adhibito salutari remedio, providere. Cum itaque à pluribus Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, & forsam

etiam